



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Thomæ Comptoni Carleton, Cantabrigiensis,  
Societatis Jesu, In Collegio Anglicano Leodiensi Sacrae  
Theologiae Professoris, Cursus Philosophicus Uniuersus**

**Carleton, Thomas Compton**

**Antverpiæ, M.DC.XCVII.**

Disputatio XI. De forma substantiali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95656](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95656)



habent caeli, sit hujusmodi potius, quam similis sub-  
lunari, cum ad finem valde diversum creata videat-  
ur sublunaris materia, nempe ad vicissitudinem, ac  
varietatem, & ad generationem & corruptionem  
rerum in se perpetuo exercendam: longè ergo ma-  
jus fundamentum habemus ad asserendum esse di-  
versæ speciei has materias, cum tam diversas for-  
mas, ac dispositiones in se recipiant, & tam diversis  
muneribus sint ab auctore naturæ institutæ. Hæc  
obiter de hac quæstione prælibasse sufficiat, plena  
enim illius discussio spectat ad libros de cælo, ubi  
eam tractabimus d. 2. sec. 2.

cem destructionis compositi: cum enim variarum *Materia est*  
& appositarum formarum ac dispositionum sit *radix destru-*  
capax, agentia ei applicata suas in eam inducunt *tionis com-*  
dispositiones, sicque forma prior & compositum *posita.*  
destruitur, eorumque destructio in materiam re-  
tunditur.

Quartum est, utrum materia rei cuiuspiam sit  
effectiva? Non esse effectivam seu operativam ad  
extra videtur certum: nullo enim fundamento di-  
ceretur materiam, rem aded imperfectam, cum  
forma equi generare equum, & alia similiter ani-  
malia. Conf. Materia est principium verè passivum,  
& forma activum, ideoque fortasse dicuntur actus  
& potentia.

Difficultas est, utrum ad intra producat per ema-  
nationem suas proprietates & passiones, quantita-  
tem scilicet, & substantiam. Negat P. Vasq. to. 2. *An producat*  
in 1. p. d. 196. n. 13 & Thomista communiter, ut hoc *suas passio-*  
modo materiam puram esse potentiam receptivam,  
& nullo modo activam defendant. Alij verò cum  
P. Suarez affirmant: tum quia emanatio non censet-  
tur propriè actio, nec quæ per emanationem sunt  
tribuuntur rei à qua emanant, sed generant, juxta  
illud, qui dat formam, dat consequentia ad formam:  
unde emanatio nihil obstat puritati potentia mat-  
eriae. Deinde, omnes aliae essentia producunt per  
emanationem suas passiones, ut docet S. Thom. 1. p.  
qu. 77. corpore, quidni ergo & materia producat  
suas? Hoc secundum mihi videtur probabilius.

Quintum est de substantia materiae. Sed hac de  
re in Metaphysica, ubi naturam substantiae de-  
clarabo.

Sexum, possitne dari materia communis formæ  
corruptibili & incorruptibili? Re. p. affirmativè. *Possitne dari*  
Quod verò aliqui obijciunt, potentiam illius ad *materia*  
formam corruptibili em fore otiosam, dum est sub *communis*  
forma incorruptibili. Dico non fore otiosam, sicut *forma cor-*  
non est otiosa potentia in humana: e Christi ad *ruptibili, &*  
propria substantiam. Tunc ergo solem censetur *incorrupti-*  
potentia ad aliquid otiosa, quando petit aliquid *bili.*  
cum illo alio impossibile, non quando acciden-  
taliter tantum ei unitur, ut hic non necessario, sed  
per accidens tantum materia formæ illi incorrup-  
tibili fuit primò unita, cum pro aliquo priori in-  
differens fuerit ad utramque.

SECTIO V.

De reliquis ad materia cognitionem spectantibus.

I. Primum est, quas causas habeat materia? primò  
quoad causam efficientem, certum est aliquam  
habere eam debere, cum quid creatum sit, & ens ab  
alio. Causa ergo efficiens illius est solus Deus, cum  
juxta Philosophos, nullum agens natura e creare  
naturaliter possit. Causa finalis seu finis materiae in-  
trinsecus est compositum, extrinsecus, sicut & alia-  
rum omnium rerum, Deus, qui ut a, seu principium,  
ita ω, seu finis est omnium rerum. Materialem cau-  
sam habere nequit, cum sit primum subiectum, ut  
diximus.

II. Difficultas ergo sola procedit de causa formali.  
Dico itaq; materiam non verè pendere à forma in  
genere causæ formalis. Ratio est, quia causa forma-  
lis ex conceptu suo essentiali est causa intrinseca, &  
causat solum communicando se, sed forma non est  
pars intrinsecè constitutiva materiae, nec illam de-  
nominat materiam, ergo materia in conceptu suo  
intrinseco non includit formam tanquam partem  
& causam formalem intrinsecè constitutivam sui,  
sic enim materia deberet denominari materia à for-  
ma, sicut paries denominatur albus ab albedine.

III. Secundum est, materiam esse ingenerabilem, &  
incorruptibilem: sed hac de re dictum est fusè supra  
d. 3. l. 2.

IV. Tertium est, materiam principium esse & radi-

I. *quas causas*  
*habeat ma-*  
*teria.*

II. *Materia non*  
*pendet à for-*  
*ma in genere*  
*causæ for-*  
*malis.*

III.

IV.

DISPUTATIO XI.

De Formâ substantiali.

I. Forma variis modis sumi nonnunquam solet:  
primò, pro re omnino completa per se subsi-  
stente, quo sensu Deus & Angeli formæ sub-  
inde appellantur. Secundò, pro forma assistente,  
qua ratione Intelligentiæ cælorum motrices formæ  
dicuntur, quæ nimirum iphæris semper cælestibus  
assistunt, earumque motum dirigunt. Tertio, Ideæ  
vocantur formæ exemplares. Quarto, accidentia  
dicuntur formæ, de quibus d. sequente. Quintò  
demum, forma dicitur pars illa altera, quæ unâ cum  
materia compositum substantiale constituit: & de  
hac nobis in præsentia est sermo.

II. Hæc antiquis Philosophis ferè fuit ignota, quos  
proinde non semel hoc nomine reprehendit Aristoteles,  
quod scilicet materiae considerationi veluti  
immeriti, præstantissima rerum naturalium partis  
investigationem penitus neglexerint. Formæ tamen  
meminit Plato, eam vocans *Idearum participatione*.  
Illius verò naturam maximè illustravit Aristoteles,

eamq; appellat *speciem, actum, terminum, pulchrum,*  
*divinum, exemplar, optimum,* &c. Quam etiam no-  
stro sæculo optimè declarat Suarez d. 15. Met. Hurt.  
hic d. 4. Arriaga d. 3. Oviedo hic contro. 3. & alij.

SECTIO PRIMA.

An sit, & quid sit forma substantialis.

I. Quoad primum: in recentiore quendam scri-  
ptorem nuper incidi, qui formam omnem  
substantialem ( præterquam in homine, & reliquis  
fortasse viventibus) ex universo tollere videtur, &  
ignem, terram, aquam, &c. nihil aliud esse vult, quàm  
materiam primam cum diversis motibus heteroge-  
neis, quibus earum partes cieri, & agitari essent: &  
in hac motuum diversitate, rerum (altem inanima-  
tarum, differentiam constitucere videtur.

II. P. Arriaga d. 3. Phy. 15. n. 43. aliam opinionem re-  
fert,

I. *Forma vari-*  
*is modis*  
*sumitur.*

II. *Forma anti-*  
*quis ferè fuit*  
*ignota.*

I. *REN. DES*  
*CARTES*  
*4. par. princ.*  
*Philos.*

II.



Opinio eandem in rebus prope omnibus formam statuent.

fert, quæ ait, in omnibus rebus, præter hominem, eandem esse formam substantialem: Quia, inquit, nulla fatuitas sine patrone, non desunt etiam his temporibus nonnulli, nescio an Philoſophi dicendi, an deliri, qui iudicant, in omnibus entibus (excipiunt hominem propter fidem) eandem numero esse formam substantialem, & solas dispositiones accidentales noscunt diversas. Hæc ille.

III. Ego à censuris abſtineo, solum dico, opinionem, quæ unicam hoc modo in universo substantialem formam constituit, non esse minus tolerabilem illâ, quæ ponit nullam.

IV. Cùm hoc sine probationibus affirmet, eandem facilitate rejicitur, quâ assertum. Uterius verò ab hoc auctore quærerem, quo fundamento nixus particulas hujusmodi saltatriculas in rebus hisce constituat, præsertim cùm manifesta constet experientia nullum in rebus istis motum cerni, sed eas immotas planè esse, & quietas. In Academicis namque, & doctorum hominum cœtu tantum quis obtinet, quantum rationibus evincit, si quid sine probationibus proferatur. rejicitur ut fictitium. Vel ergo hujus sui tam miri effecti, & partium istarum saltantium rationem aliquam assignet, quod hæcenus non fecit, vel finem imponat tripudiis. Hanc itaque sententiam, prout negat formas substantiales, hic refellam: prout verò eas in motu sitas esse docet, impugnabo disp. sequente, sec. 5. dum de formis accidentalibus, eadem enim quoad hoc est ratio substantialium formarum & accidentalium.

V. Conclusio: dantur & erant substantiales. Contra utramque ergo hanc sententiam, & si qua sit alia, quæ substantiales formas negat, Dicendum, præter materiam, admittendam necessariò esse, hujuscemodiformam, quæ, velut alterum comprincipium substantiale, res naturales constituat. Ita auctores paulò antè citari, & est res certissima.

VI. Probatur ex continuâ mutatione rerum, quæ sicut requirit subiectum aliquod commune, ita & terminos diversos, qui producantur. Secundò, ex tam variâ serie accidentium, quæ diversa videmus in diversis, ut in igne, aquâ, flore, lapide, & reliquis, ergo in aliquod principium debet hæc diversitas refundi, sed non in materiam, hæc enim ejusdem speciei est in omnibus, ergo in formam. Tertio, videmus aquam calefactam ad pristinam se frigiditatem reducere, & ferrum candens ad prius temperamentum redire, ergo aliquid in his compositis reperitur, quod hoc exigat. Quarto, peculiariter probatur in homine ex nobilibus illis operationibus, quas ab homine elici videmus, intellectus scilicet & voluntatis, hæc autem in materiam refundi nequeunt, ut constat. Quintò, quia alioqui composita omnia naturalia essent ejusdem speciei substantialis, cùm materia sit ejusdem speciei. Sextò, non est ad quem finem materia prima sit quid incompletum substantialiter, nisi ut per compartem aliquam substantialem compleatur, non enim completur substantialiter per accidentia.

VII. Objicies primò contra tertiam probationem. Ratio cur aqua calefacta ad suam se frigiditatem denudò reducit, est, quod occulta illic lateat qualitas, quæ, remoto igne, aquam temperamento pristino restituit. Contrâ, omne accidens ad aliud tanquam ad radicem ordinatur, ergo si ibi sit hujusmodi qualitas, est aliquid quod eam exigat, sed hoc non est materia, hæc enim, cùm sit commune subiectum, ad omnia accidentia (rerum saltem sublunarium) est indifferens, nec ullum in particulari exigit, ergo qualitatis illius, quæ tam tenaciter adhæret materiæ, alia esse debet radix præter materiam, ergo dari debet aliud comprincipium substantiale, quod qualitatem illam postulet, nam de omni accidente, quod ei tanquam radicem assignaretur, idem fieri posset argumentum.

VIII. Objicies secundò; accidentis esse est inesse, sed forma R.P. Th. Comptoni Philoſophia.

materialis semper inest materiæ; nec potest naturaliter esse quin inſit, ergo est accidens. Resp. non solius accidentis esse est inesse, nec propterea præcisè accidens est accidens quia inest, sed quia accidit, id est, advenit rei jam in suo esse plenè constitutæ, & abesse potest, ita ut res adhuc permaneat, paries enim manet paries, & homo homo ablatâ albedine, qui tamen non manent ablatâ animâ, formâ substantiali, vel materiâ.

Forma, licet inſit subiecto, non est accidens.

Quoad secundum, definitur forma ab Aristotele sæpius, quòd sit, quòd quid est rei, seu ratio rei, nempe quæ ultimò constituit & distinguit communiter rem ab omni alio composito, ut forma artificialis seu figura in arte factis. Quæ definitio clariùs explicatur his verbis, forma est ultimus actus informativus materiæ, faciens per se unum cum illâ, & prima radix potentiarum activarum in composito.

IX. Definitio Formæ

SECTIO II.

An forma sit tota quidditas compositi: ubi de materiâ primogeniâ.

I. Resp. negativè, licet enim cùm forma ultimò determinet communiter materiam ad hoc compositum, dici possit peculiari modo ratio compositi, non tamen adæquatum illius constitutum, cùm omne compositum substantiale essentialiter constituitur ex duabus partibus substantialibus. Unde in Symbolo Athanasij dicitur, sicut anima rationalis & caro unus est homo, ita Deus & homo unus est Christus. Sicut etiam, licet forma seu figura in arte factis peculiari modo constituat ultimò determinando formaliter materiam ad hoc artefactum, non tamen adæquate illud constituit, mensa enim vel cathedra non est sola illa figura, sed insuper superaddit materiam. Nec homo est sola anima, sic enim non esset generabilis & corruptibilis, nec moreretur, aut destrueretur, cùm anima sit immortalis.

I. Forma non est tota quidditas compositi.

Urgebis, sola forma est adæquata radix & principium potentiarum, & operationum in composito, ut constat in homine, cujus anima elicit actus intellectus, unita æquè ac separata, ergo forma est tota quidditas compositi, operari enim sequitur esse. Resp. distinguendo antecedens, est adæquata radix omnium operationum, nego antecedens; aliquarum, saltem quoad substantiam, concedo, nempe actuum intellectus & voluntatis, licet quoad modum etiam hi pendeant à materiâ, cùm eliciantur in corpore dependenter, non solum à speciebus abstractis à sensibus, sed ab imaginativâ etiam, & phantasmatibus, quæ in hac vitâ intellectum in operando semper comitantur. Aliæ autem potentie quæ sunt materiales, pendent etiam & oriuntur partim à materiâ, in quâ etiam recipiuntur, ut omnes sensus: hoc autem sufficit ut materia sit partiale principium illarum, saltem receptivum, & consequenter partialiter constitutiva compositi.

II.

Forma non est adæquata radix omnium operationum.

Instabis, ergo variatâ materiâ specie, variabitur compositum specie: hinc autem primò sequitur, gradum hominis non esse speciem infimam seu atomam. Secundò, non posse probari Christum esse ejusdem speciei hominem nobiscum, Tertio, quia in arte factis mensa ex auro, ejusdem planè figuræ cum mensa ex ligno, vel marmore, non censetur diversæ speciei artificialis.

III.

Resp. Concedendo sequelam. Ad primum inconveniens dico, probabile videri esse possibile plures homines specie distinctos, & consequenter rationem seu gradum hominis ut sic, esse genericum, imò aliqui censent posse dari animas racionales specie distinctas.

IV. Variatâ materiâ specie, variatâ specie in specie compositurâ.



finctas, ergo pari modo urget argumentum de gradu specifico hominis ex eo capite, atque ex parte materiae. Statuitur autem à Philosophis gradus hominis species infima, ut certum aliquem gradum habeant Dialectici, de quo forment suas compositiones, & conceptus metaphysicos, & non vagentur in incertum; sicut eodem modo statuitur animal genus infimum, cum tamen valde probabile sit posse assignari alia genera inferiora sub animali, ut canis ad omnes canes, musca ad muscas, serpens ad reptilia. & huiusmodi. Ad secundum inconveniens dico, inde probari Christum esse ejusdem speciei hominem nobiscum, primo; quia traxit materiam ex B. Virgine. Deinde quia licet Verbum assumere potuerit materiam alterius rationis, debuit tamen juxta Aristotolum ad Heb. 2. v. 16. per omnia fieri similis nobis, utpote quorum naturam assumpsit, & non Angelicam. Ad tertium, si artefacta sumantur reduplicative & formaliter, dico materiam non variare speciem; si specificative sumantur & materialiter, variare, quia artefactum sic sumptum, includit totum, totum autem variatur specie ex variatione specificâ cujuscunque partis; quod conforme est doctrinæ Aristotelis 3. Phyl. tex. 66. dicentis, æs aut lignum esse partem statvæ.

Christus  
ejusdem speciei  
homo  
nobiscum.

V. Ultimo obijces; hinc sequi, non fore eundem hominem puerum & senem, nec resurrectorum eundem qui est mortuus, cum duo homines mori possint cum eadem materiâ; saltem magnâ ex parte, ut patet in Anthrophagis: uret ergo cum illâ resurget. Ob hoc argumentum ponunt nonnulli materiam quam vocant primogeniam, quam scilicet homo accipit in primâ conceptione, & hanc dicunt nunquam deperdi, nec posse transire in materiam saltem primogeniam alterius cujuscunque hominis. At sanè hoc videtur dici nullo modo posse, saltem universim loquendo, tum quia si quis in conceptione habeat sex digitos, vel tres manus, certum est hæc in resurrectione deperditum iri, si homo ille salvetur, nequid monstruosum in cælum admittatur. Si etiam homines aliqui nati fuissent sine pedibus, aut brachiis, hæc in resurrectione sunt addenda. Deinde fieri debet continuum miraculum, ut partes illæ primæ, vel totæ, vel ex parte saltem per totam vitam non deperdantur; nec enim minus miraculum est quoddam calor naturalis vel nutrimentum non agat in illas partes, quam quoddam ignis non comburat materiam sibi appositam: cum materia illa primogenia non sit minus apta ut in illam agatur, quam quævis alia, & calor naturalis in eo casu manebit sine omni actione.

Non datur  
Materia  
primogenia.

VI. Dico ergo cum Recentioribus communiter: equum post aliquot annos, tantum esse eundem moraliter, non in rigore Physico & Metaphysico: sed sicut est idem fluvius, novis paulatim succedentibus aquis: cum enim sensim solum pereant partes priores, & novæ acquirantur, maneatque eadem vel similis planè figura, quæ antea; censetur in estimatione hominum idem equus, sicut idem fluvius. Quod eodem modo contingit in aliis compositis materialibus viventium.

VII. In homine minor videtur difficultas quam in viventibus materialibus, si eorum animæ non sint indivisibiles, cum semper retineat eandem animam, quod non faciunt illa, non tamen est idem puer & senex in rigore Physico & Metaphysico, sed solum moraliter, quia in virum altera ejus pars, nempe materia in momenta penè singula ex parte mutatur. Et hoc est quod dicit S. Thomas, hominem esse eundem semper numero instar ignis, qui nutritur semper novo pabulo, seu fomite, & prioribus partibus sensim dilabentibus, imperceptibiliter acquirit novas: & Aristoteles ait, perire compositum quoad partes ma-

In homine  
facilius in-  
telligitur,  
quomodo sit  
idem juvenis  
& senex.

teriales, non formales, id est, ut interpretatur S. Thomas, quoad partes individuas, non specificas, quas vocat partes formales, semper enim habet equus materiam individuan & formam individuan, non tamen semper eandem numero, sicut nec homo eandem semper numero materiam, sed solum eandem specie, priori enim deperditâ, ejus loco succedit nova.

Dices; ergo Christus, nec in cruce pro nobis obtulit Patri, nec in sacrosanctâ Eucharistiâ eandem numero carnem retinet, quam accepit à Virgine: quod est expressè contra S. Augustinum ser. de Assumpt. Virginis cap. 5. ubi sic habet: *Caro Christi caro Mariæ est, & infra: Caro Christi, quamvis gloria resurrectionem fuerit magnificat, eadem tamen mansit, quæ suscepta est de Mariâ.*

Resp. peculiarem in Christo esse rationem; cur caro illâ, quam ex matre Virgine traxit, in eo ad finem usque vitæ, maximâ saltem ex parte, permanferit. Per carnem autem quam à Matre accepit Christus, non eam solam intelligo, quæ primo Conceptionis Christi instante ex virgineo sanguine fuit compacta, sed etiam eam, quæ ex alimento seu lacte quod ei Mater infanti subministrabat, *ubere de calce pleno*, ut canit Ecclesia, fuit confecta. Reliquum autem tempus vitæ Christi cum fuerit tempus augmenti, parum de materiâ corporis Christi fuit deperditum, præsertim cum optimi fuerit temperamenti corpus Christi, & cibus toto vitæ tempore, maximâ semper cum moderatione, sit usus. Deinde, probabile est specialem hæc in re adhibitam esse Dei providentiam, ut optimè notat Suarez To. 2. in 3. p. d. 1. s. 2. §. 2.

Ad id quod supra nu. 5. addebar de resurrectione, dico resurrectorum hominem cuor suâ carne juxta illud Job 19. v. 26. *Circumdabor pelle meâ, & in carne meâ videbo Deum Salvatorem meum*, resurget, inquam, homo cum suâ carne, id est, vel cum eâ quâ mortuus est, maximâ saltem ex parte, vel saltem cum eâ quæ fuit ipsius variis vitæ temporibus. Quod si duo homines moriantur cum eadem materiâ successivè, tum inquit S. August. dandam illi materiam illam in resurrectione qui eam primus habuit, Alij Theologi docent distribuendam inter utrumque, & reliquum quod deest, per aliam materiam supplementum. Alij demum ajunt, si alter ex iis salvetur, alter damnetur, ut cum ex Barbaris quispiam comedit carnem alicujus martyris, totum corpus in resurrectione dandum Beato. Res tota est satis incerta.

VIII.

VI.

IX.

Quomodo  
Christus ob-  
tulit in  
cruce carnem,  
quam traxit  
ex Matre  
Virginis.

X.

Homo in  
quâ carne  
resurget.

Quid si  
eadem caro  
fuerit duor-  
um.

SECTIO III.

An in eadem materiâ plures esse possint formæ substantiales.

Dubius modis cogitare quis posset plures formas eandem simul informare materiam, vel ita ut una alteri subordinetur, & sit quasi quædam ad illam dispositio, ut apprehensio subordinatur judicio, & primæ qualitates secundis; vel secundò, ita ut, licet omnes ad unius compositi constitutionem concurrant, eique subordinentur, respectu sui tamen se habeant disparatè. Sicut primæ qualitates quæ licet secundum diversam sui complexionem inductioni formarum elementarium subserviant, ut calor & siccitas respectu formæ ignis, nec tamen calor siccitati subordinatur, nec siccitas calori.

Varij hac in parte sunt dicendi modi, quos omnes longum esset recensere, celebriores itaque tantum cursim referam, deinde quid de re ipsâ tenendum sit aperiam.

Primò igitur Avicenna præter particularem compositi cujusque formam, aliam statuebat univer-

I.  
Plures formæ  
possunt a  
bus modis  
conscipi in-  
formare si-  
mul eandem  
materiam.

II.

III.  
Opinio  
Avicennæ.



lem materiæ coævam, & instar illius, incorruptibile. Secundo, alij tot in quovis composito stantibus formas distinctas, quor in eodem sunt prædicata metaphysica, ens, substantia, corpus, &c. quibus singulis singulas aiebant respondere formas physicas, tanquam eorum radices.

IV. Alij tot formas stantibus, quor prædicata.

Tertio, alij in quovis vivente tres formas stantibus, corporeitatis, vegetabilis, & sensitivæ, in homine super addebant rationalem. Hæ omnes sententiæ, impugnatæ sequente, eadem operâ impugnantur.

V. Alij in vivente ponunt tres formas.

Quarta itaque sententiâ, & quæ inter omnes pluralitatem formarum in materia stantentes, maximè invaluit, est Scoti, in 4. d. 11. q. 13. a. 2. qui cum totâ suâ scholâ, in viventibus, ut in homine, leone, equo, & reliquis, præter formam primariam, aliam inveniri asserit, quam vocat corporeitatis, viventibus omnibus communem.

VI. Alij Formam corporeitatis.

Scoti sententiâ ex parte sequuntur P. Dandinus 2. de An. tex. 12. p. 3. dig. 8. Coninc. de Sacramentis q. 76. d. un. 1. ann. 1. d. 5. q. 5. d. 2. d. 22. & alij non nulli ex recentioribus: in hoc tamen differunt, quòd Scorus unam totalem formam ponat corporeitatis, hi verò plures ponunt partiales, ita ut alia sit forma carnis, alia ossis, alia oculi, alia auri, &c.

VII. Hæ sententiâ in diverso modo desinitur.

Dico primò: in eadem materiâ non posse dari duas formas non subordinatas. Ratio est primò, quia corpus naturaliter non est capax duarum simul ubicationum, ob limitationem, ergo nec materia duarum simul formarum, eadem enim utrobique videtur limitatio, nec facile assignabitur disparitas. Secundo, non est capax functionum nisi unius formæ simul, ergo dum est sub unâ, esset inutilis alia. Tertio, si esset capax plurium simul formarum quàm unius, certus numerus assignari non posset, cum non sit major ratio unius numeri, quàm alterius, ergo nunquam satiaretur seu completeretur juxta naturalem ipsius exigentiam, sicque semper maneret incompleta, cum nunquam habeat tot formas, quin posset habere naturaliter plures.

VIII. In eadem parte materia non possunt esse due forme non subordinata.

Quartò, diversæ formæ diversum exigunt temperamentum, ergo non possunt formæ illæ simul esse in eadem materiâ. Respondet Arriaga d. 3. l. 6. n. 112. aqua patitur calorem intensum, cur ergo si nullo cum formâ aquæ non poterit in materiâ existere forma que calorem illum intensum exigit? sicque erunt simul in eâ duæ formæ. Contrâ, hoc prinde est ac si quis diceret, homo esse potest sine potentiâ visivâ & actuali usu rationis, & equus aut canis non perit etiam si unus aut duo ei pedes præscindantur, ergo dari simul cum animâ rationali poterit forma quæ negationem visus & usus rationis in subiecto postulet, aut quæ existat cum formâ equi, & postulet habere tantum duos pedes. Sicut ergo hæ formæ inter se repugnant ob contrarias exigentias, ita & forma quæ petat calorem intensum, cum formâ aquæ pugnat quæ connaturaliter petit frigus intensum, sic enim naturaliter essent simul in eadem materiâ duæ formæ, seu principia intrinseca petentes contraria.

XI. Probatur ex diverso temperamento ad diversam formam requisitum.

Obijciens exemplum ferri candentis, ubi cum formâ ferri simul videtur esse forma ignis, comburit enim & lucet instar ignis. Resp. quod combustionem, cum materia ferri sit valde densa, citius producit dispositionem sufficientem ad ignem, qui inducitur à cælo, sole, aut aliquâ ex causis universaliibus, vel etiam ab igne in ferri poris latente.

X. Obij. exemplum ferri candentis.

Quoad lucem, dico illam ab igne externo primò productam, ab igne in poris latente ad tempus conservari. Adde lucem non ita subito semper deficere, quàm amoto luminoso in quibusdam subiectis ad tempus aliquod permaneat: quod in candelâ bene accensâ, & subito in tenebris extinctâ experiri qu-

XI. Quoad lucem, dico illam ab igne externo primò productam.

vis potest, licet enim pars lychni ignita, prius abscindatur, in superiore tamen parte candelæ, ubi seivum est liquefactum, videbit quis extinctâ candelâ tantum adhuc manere aliquid lucis, dum semel salutatio Angelica recitari potest. Quod in lapide Bononiensi clarissimè constat, qui lucem diutius, & majori copia retinet. Cum ergo materia ferri sit tenacior, diutius manere in eâ lux poterit, præsertim cum, ut dixi, ignis lateat in poris, qui ad illius conservationem possit concurrere.

Unde lux in ferro candens.

Dico secundo: In eadem parte materiæ esse simul nequeunt duæ formæ subordinatæ. Probatur, nam forma subordinata, cum essentialiter sit prærequisita ad aliam, esset dispositio ad illam, & consequenter accidens, cur enim in alioqui non diceremus quantitatem de facto esse formam substantialem subordinatam alijs formis substantialibus? Deinde, quia nullæ sunt actiones, quæ non possunt tribui unæ formæ, nec enim debent esse operationes repugnantes, sic etenim non possunt provenire à forma subordinatâ, quæ ut in informando, ita in operando debet alteri subservire, eique esse subordinata, & non repugnans. Præterea compositum illud non esset unum per se, sed per accidens, cum formæ illæ non unirentur sibi invicem, sicque non facerent unum per se inter seipsas. Tandem, sicut secundum adversarios anima viventis petit illas formas, quidni petere immediatè poterit varietatem dispositionum quæ formas illas consequitur?

XII. In eadem parte materiæ non esse duas formas subordinatas.

Quartò & præcipuè, quia forma, juxta Aristotelem, est ratio vel seu ultimo determinans materiam ad unam speciem, & ultimo constitutiva compositi substantialis, in quam tanquam in ultimum refunditur, quod compositum sit hoc specie potius quam aliud: ergo implicat hujusmodi forma subordinata. Patet consequentia, nam forma subordinata non ultimo determinaret materiam, nec constitueret ultimo compositum, cum sit essentialiter quidam solum prærequisitum, & consequenter essentialiter petat non esse ultimum, sed aliud adhuc ulterius determinativum sequi; ergo non est forma, ut constat.

XIII. Implicat duas formas substantiales subordinatas.

Dices, hinc sequi, nec per divinam potentiam posse dari plures formas subordinatas. Resp. concedendo sequela, sicut enim in lineâ, pars illa vel punctum non est ultimum post quod sequitur aliud (ind nec per divinam potentiam potest esse ultimum, si aliud sequatur, sic enim esset ultimum, & non esset) ita in præsentî cum juxta Aristotelem forma debeat esse ultimum determinativum materiæ ad hanc speciem completam, & ultimum constitutivum compositi, non potest dari forma alteri formæ subordinata, ipso enim facto non esset ultimum constitutivum compositi, & consequenter nec forma, sed solum dispositio. Vel si quis contendat esse formam quia informaret materiam, & constitueret compositum, tunc dico, si hoc supponatur, sequi esse & non esse formam.

XIV. Dua forme substantiales subordinate non possunt dari, nec divinitus.

Dices secundo; ergo nec duæ formæ substantiales non subordinatæ potuerunt per divinam potentiam inesse eidem parti materiæ, neutra enim esset ultimo determinativa materiæ, & consequenter nec esset forma. Resp. negando sequela, utraque enim æquè ultimo determinaret materiam ad diversam speciem completam, & ad diversum compositum, saltem inadæquatè distinctum: sicut hoc sensu dicunt multi dari posse etiam duos puncta terminativa inter se penetrata, quæ erunt positivè ultima respectu partium, negativè respectu sui, id est, neutrum est altero ulterius, utrumque autem est alterius respectu omnium partium, quod tamen longè facilius est in nostro casu, cum duæ illæ formæ non sint ultimæ rationes respectu ejusdem compositi, ut puncta

XV. Dua tamen forme non subordinate possunt divinitus esse in eadem parte materiæ.



Et illa terminativa sunt respectu ejusdem continui, sed respectu compositi diversi. Si ergo in eadem materia esset forma ligni & lapidis, utraque ultimo in sua specie & composito determinaret, hæc ultimo ad compositum lapidis, illa ultimo ad compositum ligni. Hæc ergo nulla est subordinatio, nec quidquam repugnans rationi ultimi, seu formæ. Nec videtur eum magis repugnet duas formas substantiales esse simul in eadem materia, quam duo contraria, calorem scilicet & frigus in summo, in eodem subjecto, quod tamen fieri non repugnat, imò de facto putant aliqui ita contingere in inferno.

XVI. Si dua forma essent in eadem parte materia, neutra fieret unum per accidens.

Dices; saltem ex alio capite repugnare duas formas simul divinitus informare eandem materiam, quia scilicet altera necessariò faceret unum per accidens cum materia, nam si prius informetur materia alià formâ: jam est ens completum, seu in actu completo, ex uno autem ente completo & alio incompleto non fit unum per se, sed per accidens. Resp. distinguendo hoc ultimum, ex uno ente completo reduplicativè, sumpto & alio incompleto non fit unum per se, concedo; specificativè sumpto, nego: forma autem ligni non advenit materiæ illi ut completæ, seu toti composito, ita nimirum ut informet utramque partem, sed materiam secundum se, & entitativè est adhuc quid incompletum quoad intrinseca seu & essentialia prædicata, secundum hæc autem sola respicitur à formâ substantiali ligni, quæ materiam solam respicit & informat, sicque per accidens se habet ad hanc informationem formæ ligni, quod simul vel prius informetur à formâ lapidis. Si autem essentialiter peteret forma ligni ut præcederet in materia forma lapidis, & adveniret materiæ completæ substantialiter, jam non faceret unum per se cum illâ, nec esset forma substantialis, cum essentialiter peteret advenire composito jam constituto, nec enim potest ex naturâ suâ ordinari ad complendum aliud, si supponat illud completum, sic namque includeret pugnantia.

XVII. Posita forma ligni & lapidis in materia, fallum esset dicere lignum est lapis.

Non tamen in eo casu liceret dicere, lignum est lapis, sicut dicimus, album est dulce, quia in hac secundâ propositione rectum est idem in prædicato & subjecto, quod ad veritatem in omni propositione requiritur: in prædicationibus autem accidentalibus rectum est solum subjectum, unde, ut in logicâ notavi, licet homo quispiam calleat plures artes, non tamen dicendum est esse plures artifices, sed unus artifex, & paries est idem visum & cognitum licet plures simul illum videant & cognoscant: At in nostro casu, id quod affertur in recto, non est idem adæquatè in prædicato & subjecto, in compositis enim substantialibus utrumque importatur in recto, nempe & materia & forma; hæc autem materia in illis compositis est diversa, ac proinde rectum prædicati non est idem adæquatè cum recto subjecti. Si tamen lignum hoc & lapis subsisterent eadem subsistentiâ, cum veritate dici tunc posset, lapis est lignum, & e contra.

XVIII. In vivente non datur forma corporealis.

Dico tertio: non datur in materia simul cum formâ viventis forma aliqua corporeitatis, aut partialis illæ ossis, carnis, &c. quas auctores supra citati requirebant. Ita S. Thomas 2. cont. Gent. c. 64. n. 3. Suar. 3. i. 3. Met. f. 3. n. 13. & d. 15. f. 10. Hurtado d. 4. Phys. f. 3. Arriaga d. 2. Phys. f. 6. per totam. Oviedo cont. 3. p. 2. & alij. Probatur primò, nullus enim est in naturâ finis cur statuantur forma illa corporeitatis, non enim ob dispositiones prærequisitas, ut scilicet sit earum causa, hæc namque diversæ ponuntur ad diversitatem animarum, quæ illas juxta suam quæque peculiarem naturam exigunt, sicut enim secundum adversarios, ut dixi, possunt animæ exigere has formas quidni immediatè exigere poterunt diver-

sas dispositiones? Sic anima rationalis diversam organizationem & dispositiones petit, quas non petit forma leonis aut equi, ob diversas scilicet functiones & operationes quas exercere debet una non altera.

Secundò, ponit Scotus hanc formam corporeitatis ne, cum petit forma viventis, sit materia sine omni formâ & perfectione sibi connaturaliter debita, sed idem inconveniens sequitur etiam si statuat hęc forma corporeitatis, nam materia cum illâ sola vel est completa, vel non: si est, ergo stante illâ non potest naturaliter aliam formam recipere; si non est completa, ergo sicut potest manere incompleta sub illâ, ita & manere posset sine omni formâ: sicut enim existere sub hac formâ solâ potest secundum ipsum, & non in actu completo, ita & sine hac formâ, cum solum sequatur non esse eam in actu completo, quod tamen sequitur in alio casu.

XIX. Alio titolo rejicitur forma corporealis.

SECTIO IV.

Argumenta contententia dari formas partiales.

Objicies primò; ante infusionem animæ, pro aliquo priori naturæ, est corpus organizatum, ergo habet materia in illo priori naturæ aliquam formam, per quam fit organizata, non aliam quam corporeitatis, ergo. Resp. corpus dici organizatum seu organicum ab accidentibus & diversitate dispositionum, quæ requiruntur ad inductionem animæ.

I. Organizatio consistit in accidentibus.

Objicies secundò; homo est corporeus, sed non potest recipere hanc denominationem ab animâ rationali, utpote quæ est spiritualis, ergo à formâ aliqua corporeitatis distinctâ. Resp. hominem esse corporeum, posse habere duplicem sensum, nempe vel esse radicem quantitatis, & habere partes extra partes, seu non esse totum in toto & totum in qualibet parte, & hoc sensu homo est corporeus partim, partim spiritualis. Alio autem modo dicitur aliquid corporeum, ita scilicet, ut sit radix passionum, potentiarum & operationum corporearum, & hoc habere homo potest formaliter ab animâ, quæ ipso facto quod naturâ suâ sit forma corporis, seu apta informare corpus, habet etiam ut sit apta, si conjungatur corpori, ut sit radix potentiarum & operationum corporearum, ac proinde virtualiter corporea, cum quoad hoc conveniat cum alijs formis naturalibus viventium.

II. Unde, quomodo homo sit corporeus.

Dices; ex eo quòd anima rationalis sit radix vegetandi, sequitur eam esse formaliter vegetativam & sensitivam, ergo ex eo quòd sit radix potentiarum & operationum corporearum, erit etiam formaliter corporea. Negatur consequentia, disparitas est, quia esse aliquid formaliter corporeum, non solum dicit esse radicem potentiarum, & operationum corporearum, sed præterea includere etiam unam partem quæ petat habere partes extra partes. Dicit tamen potest homo simpliciter corporeus, ex eo quòd altera illius pars sit corporea, licet altera sit spiritualis: malum enim ex quolibet defectu.

III. Anima rationalis non fit formaliter corporea.

Objicies tertio; mortuo homine manent formæ ossis, carnis, sanguinis, &c. ergo sunt formæ partiales. Nego consequentiam: dici enim posset formas illas esse tantum accidentales, & easdem in homine vivo & mortuo. Secundò dico, loco animæ succedere formam cadaveris.

IV. Quæ sit forma carnis, ossis &c.

Objicies quarto; ergo pro diversâ temperie dispositionum in morbis, ex quibus homines moriuntur, diversa produceretur forma cadaveris: sicque cadavera duorum hominum diversis morbis extinctorum

V. De formâ cadaveris.



eorum erunt distincta specie. Conf. non apparet ex qua causa producat hęc forma cadaveris præsertim cum vivens subito extinguitur.

VI.  
Diversa  
dispositio  
ex morbo  
relicta non  
arguit esse  
diversam  
specie for-  
mam cada-  
vericam.

Contra, eadem est forma carbonis (quæ est quæsi forma quædam cadaverica ignis) sive carbo ignitus aqua extinguatur, oleo, aut vino. Resp. itaque primò, non esse necessarium ut in eisdem speciei viventibus admittamus diversam specie formam cadaveris ob diversas dispositiones ex morbis in materiâ productas: sicut enim eadem specie & numero anima potest ad multum temporis sub tam diversa complexione dispositionum conservari, ut videamus in longâ subinde in valetudine, ita & per accidens poterit forma cadaveris eisdem speciei primò produci sub diverso illo temperamento, cum præcipuè ordinetur à naturâ ut animam subsequatur. Sicut & per accidens videmus ignem & aquam produci subinde sine dispositionibus omnino connaturaliter debitis.

VII.  
Forma ca-  
daverice  
omnium a-  
nimalium  
sunt eisdem  
speciei.

Secundò dico: non esse magnum inconveniens, si dicatur tot diversas specie formas cadaverum produci, quot sunt diversa temperamenta dispositionum, ad quas sequuntur. Probabilius tamen videtur omnes formas cadavericas in animalibus quibuscunque esse eisdem speciei; operationes enim & effectus habent planè similes; videmus namque statim post mortem eodem modo rigescere corpus equi, leonis, hominis, & aliorum omnium animalium; putrescere item, & in vermes ac saniem converti: optimum autem signum colligendi diversitatem, vel identitatem formarum est ex effectibus. Ad confirmationem dico, posse produci formam illam à causâ aliquâ universali, ut celo, sole, vel Deo, ad quas causas in similibus recurrendum, sicut cum producit vermis, mus, vel rana ex putri.

VIII.  
Gravitas  
major aut  
minor pen-  
det à di-  
verso tempe-  
ramento.

Objicies quintò: gravitas eadem manet in homine vivo & mortuo, & auctâ materiâ crescit, materiâ diminutâ decrescit, ergo aliud illius principium assignari debet præter animam, quæ eadem est in homine parvo & magno; nec manet omnino in mortuo. Resp. gravitatem mediâtè tantum provenire ab animâ in homine, immediâtè autem à temperamento quodam seu accidentibus quæ eadem, recedente animâ, remanent, quæque corpore crescente crescunt, & cum ijs gravitas, vel formaliter, si in illis sita sit, vel radicaliter, si ab ijs oriatur.

IX.  
Dnominatio  
hominis non  
tribuitur  
nisi integro  
composito.

Objicies sextò, sequitur manum vel pedem hominis esse hominem. Resp. quidquid sit an in quavis corporis parte sit intensivè tota hominis essentia, an requirat partes quasdam præcipuas, ut cor & cerebrum, denominatio tamen totius, seu hominis, tribui non solet uni alicui parti singillatim sumptæ, sed integro composito, ut bene Arriaga d. 3. Phal. s. 6. n. 75. Unde arbor una non dicitur sylva, nec quævis pars folij folium. Hoc tamen argumentum in meis principijs non urget, qui in lib. de Anima, unionem inter animam & corpus in homine statuum heterogeneam. In quam etiam refundam tantam varietatem accidentium, quæ in diversis corporis partibus cernitur.

X.

Objicies septimò; idem fuit Christus corpus mortuum & vivum, ergo forma aliqua corporeitatis manere in materiâ post mortem debuit, quæ in eâ fuit dum Christus viveret. Conf. ignis, aut aqua non dicuntur constare formâ & corpore, ergo corpus in animalibus aliud dicit, quàm materiâ primam cum accidentibus.

XI.  
Idem fuit  
Christi  
corpus vi-  
vum & mor-  
tuum sine  
forma cor-  
poreitatis.

Ad argumentum Resp. negando consequentiam, corpus enim nihil aliud dicit quàm materiâ cum tali figurâ ac sensibili organizatione accidentium, quæ, cum eadem maneat in materiâ post mortem, idem fuit Christi corpus vivum ac mortuum. Ad

Confir. dico, corpus, de quo hic est sermo, non dicere quæcunque accidentia, sed particularem quandam eorum complexionem, ac varietatem, speciali modo dispositam.

Objicies octavò; corpus est de essentiâ hominis; sed nullum accidens est de essentiâ hominis ergo accidens non est de essentiâ corporis. Resp. corpus specificativè, seu secundum id quod in recto dicit esse de essentiâ hominis, non tamen secundum id quod dicit in obliquo, nempe accidentia. Unde si Deus (sicut per divinam suam virtutem potest) animam rationalem conservaret unitam corpori, sine ullâ omnino organizatione, aut accidentibus, esset homo quoad totum essentialem conceptum hominis. Imò si Deus conservaret materiâ unitam formæ ignis, aut aquæ cum dispositionibus his formis contrarijs, adhuc essent ignis & aqua, ergo à fortiori, si formas illas conservaret unitas materiæ sine ullis dispositionibus.

XII.  
Quo sensu  
corpus sit  
de essentiâ  
hominis.

Solum hic restat solvendum quod contendunt aliqui, qui tot volunt esse formas partiales in eadem parte materiæ, quot sunt prædicata metaphysica & denominationes distinctæ, nempe unam formam correspondere animali, alteram rationali, tertiam corpori, substantiæ &c. ob illum locum Aristotelis, 7. Metaph. ubi ait, partibus definitionis correspondere partes rei. At sine fundamento hoc asseritur solum enim vult Aristoteles cum rem aliquam definimus, conceptibus formalibus totidem correspondere ex parte objecti conceptus objectivos diversos, nec quidquam ibi vult aliud quàm præcisiones objectivas, seu formalitates ex parte objecti ratione distinctas, quas tenuisse Aristotelem ostendi in Logica d. 24. s. 2. n. 2. & 5. Si autem hæc ratiocinatio teneret, quot animas habere quisque deberet? una enim esset anima apprehensiva, alia iudicativa, discursiva tertia, alia volitiva, vegetativa, sensitiva, alia visiva, alia auditiva, & sic de cæteris.

XIII.

Quæ rati-  
one dixit  
Aristo.  
partibus  
definitionis  
correspondere  
partes rei.

SECTIO IV.

Quo concursu conservetur prior forma quando nova simul cum eâ in eadem materia constituitur.

Quæstio est, utrum si Deus in materiâ infor-  
matam formâ ligni inducat, manente priore  
formâ, formam lapidis, debeat prior forma conser-  
vari fortiori influxu, concursu verbi causâ, ut qua-  
tuor, si concursus tantum ut tria connaturaliter de-  
beat.

I.  
Statu  
quæstionis.

Affirmant aliqui: alij tamen asserunt non esse o-  
pus concursu fortiore, sed posse formam ligni eadem  
nunc actione conservari, qua potuisset, si Deus non  
introduxisset in eandem materiâ formam lapidis.  
Quam communem Theologorum & Philosopho-  
rum esse sententiam affirmat Arriaga d. 3. Phyl. l. 7.  
Nec de formis tantum substantialibus intelligendum  
est, sed de accidentalibus etiam, quoties sibi natu-  
raliter in eodem subjecto repugnant, ut de calore &  
frigore in summo, & similibus. Ego, quid hac in re  
sentiam dicam sequentibus conclusionibus.

II.  
Aliqui di-  
cunt egero  
fortiori con-  
cursu, alij  
negant.

Notandum verò, quæstionem hanc in eâ solum  
sententiâ disputari posse, quæ actionem realiter di-  
stinguit ab effectu, in sententiâ enim actionem à ter-  
mino non distinguente, locum habere non potest,  
si enim effectus & influxus idem sint, manifestum  
est non solum majorem aut minorem concursum,  
sed nec diversum æqualem ad eundem numero ef-  
fectum dari posse.

III.  
Quæstio  
supponit a-  
ctionem di-  
stingui ab  
effectu.

Notandum secundò, duplex esse genus actionum  
super

IV.



supernaturalium, alia enim supernaturales sunt quoad substantiam, alia tantum quoad modum, quas supra d. 10. f. 3. n. 2. late explicui, nec ibi dicta necesse est hic repetere.

**VI.**  
Agens naturale fortius adhibet concursum, ut effectum conservet.

**VII.**  
Dico primo: inter agentia naturalia, dum alterum agens conservare effectum vult, cuius alterum destructionem molitur, fortiore actione ad effectum concurrat, quod ut praestet, effectus destruetur. Sic dum unus alterum loco pellere nititur, hic ut locum & ubicationem priorem servet, firmius figit pedem. Sic dum gladium aut hastam alteri extorquere quis contendit, is fortius manum stringit, alioqui retinere hastam non poterit. Et huiusmodi aliquid indicare videntur antiperistales, quas in rebus, quae contraria habent, inter qualitates activas non raro contingere videmus.

**VI.**  
Idem est de Deo naturaliter agente.

Dico secundo: idem de Deo naturaliter operante affirmandum censeo, in circumstantijs nimirum supradictis non posse eum effectum conservare, nisi fortiozem adhibeat concursum. Ex g. Deus Petrum in spatio A solus conservet, seu ubicationem illam solus producat, si Paulus eum loco pellere velit, nisi Deus ad ubicationem illam fortiori actione concurrat, non potest eam naturaliter conservare. Ratio est, quia Deus sub hac consideratione, rerum se naturalium exigentiae accommodat, & sic omnes iuxta suam quamque naturam, producit, conservat, ac destruit, nec ut auctor naturae, aliam sibi legem praescribit, quam ut naturae legem indemnem servet.

**VII.**  
Deus supernaturaliter conservare formam potest eodem concursu.

Dico tertio: Deus ut agens supernaturale efficere potest ut forma ligni praexistens in materia, inducta forma lapidis, vel calor in summo, inducto uno vel altero gradu frigoris, aequalis adhuc vel etiam eadem actione conservetur. Ita P. Arriaga citatus, qui rem hanc bene discutit.

**VIII.**

Probatur conclusio, forma ligni est perfecta, ut suppono, ut quatuor, ergo concursum ad productionem & conservationem sui requirit solum ut quatuor, sed ex eo quod forma lapidis in eadem materiam inducatur, non augetur perfectio formae ligni, ergo nec fortiozem concursum exigit.

**IX.**  
Deus sine novo concursu potest impellere expulsionem formae praecedentis. Conf. ex duplici actione rotali possib.

Dices; non quidem eo titulo requirere fortiozem concursum, quod ex conjunctione cum forma lapidis forma ligni reddatur perfectior, sed cum formae omnes substantiales sibi invicem sint quasi contrariae, nova forma inducta semper petit destructionem praecedentis, unde nisi fortiori concursu conservetur, expelletur. Distinguo hoc ultimum, expelletur nisi Deus miraculose illius expulsionem impediat, concedo; si Deus impediat; volendo scilicet priorem actionem adhuc persistere, nego. Conf. potest Deus iuxta communiozem sententiam rem aliquam, eamque, verbi causa, qui in instante A conservabatur una actione, in instante B conservare simul alia actioni totali, cum tamen duae actiones totales non minus inter se repugnent naturaliter, quam duae formae substantiales: hic autem manifestum est non posse priorem actionem conservari fortiore concursu, nam ipso facto quod concursus sit fortior, non est eadem actio, sed diversa, ad actionem enim non datur actio.

**X.**  
Differentia haec in re inter agentia naturalia & Deum.

Dices; in prima conclusione asseruisse nos agentia creata non posse effectum aliquem conservare, ubi aliud agens illius destructionem exigit, nisi fortiozem concursum & conatum adhibendo, ergo nec id poterit Deus. Nego consequentiam, agentia enim creata alium modum id praestandi non habent, quam conatum & concursum suum augendo; Deus autem ex pleno quod in res omnes habet, dominio, id meram suam voluntate praestare potest, & si quis causam cur id praestet, inquirat, stet pro ratione voluntatis.

haec supremi dominij prerogativa est.

Urgebis, Deus per meram suam voluntatem internam hoc praestare nequit, seu in genere cause quasi formalis, alioqui dicere quis posset, aerem esse humidum, aut parietem album per voluntatem Dei, ergo miraculosa haec voluntas aliquid efficere, & ad extra de novo producere debet, quod producere nequit voluntas Dei naturalis; hoc ergo quid tandem sit, inquirimus. Resp. primo, si voluntas Dei libera, sit adequata intrinseca, sicque volitiones inter se virtualiter distinctae, posse solam voluntatem Dei internam hoc praestare, non in genere cause formalis, sed efficientis, sicut enim ad unam volitionem Divinam sequitur aqua, ad aliam ignis, & sic de reliquis, ita ad volitionem miraculosam sequi potest conservatio illius formae, cuius conservatio sequi non potest ad volitionem naturalem. Resp. secundo, licet actio in hoc casu conservans formam, sit eadem, aliquid tamen a Deo peculiariter produci, nempe durationem illius formae, quae alioqui produci in his circumstantijs non potuisset, nisi Deus speciali quadam & miraculosa voluntate producere eam statuisset.

**XI.**  
Qua voluntate Deus priorem formam conservet.

Deus ergo tunc solum fortiozem adhibet concursum, cum causa alicujus defectum supplet, vocaturque actio haec supernaturalis quoad substantiam: quando vero contra causam secundarum exigentiam actionem solum aliquam conservet, concurrere supernaturaliter dicitur tantum quoad modum, quod scilicet remeandem in indebitis circumstantijs producat aut conservet. Nec quidquam contra hoc objici video, quod magnopere responsione indigeat.

**XII.**  
Quanto Deus adhibet fortiozem concursum.

SECTIO VI.

Alia nonnulla circa duas formas substantiales simul in eadem materia existentes.

**I.**  
Quaerens quando forma aliqua, ignis v. g. in materia existente, Deus aliam simul introducit, videlicet aquae, quaerens inquam, quatenam ex his formis in materia miraculose existat quoad modum? & num altera tantum, an utraque? Quod de formis substantialibus dico, idem de accidentalibus, calore scilicet & frigore, in gradibus repugnantibus, idem de duabus actionibus totalibus, de duobus corporibus inter se penetratis, & ut verbo dicam, de omnibus quae sibi hoc modo opponuntur, est affirmandum.

**I.**  
Quaerens quando...

Notandum, potentiam materiae ad formas materiales esse duplicem: prima est mere passiva, quo modo respicit & recipit animam rationalem, & formas materiales tum substantiales tum accidentales recipiet, si creantur. Secunda materiae potentia est sustentativa, per quam in genere cause materialis, una cum efficiente, in formas materiales induit, & eas physice producit. De utraque hac potentia procedit quaestio.

**II.**  
Potentia materia duplex, passiva & sustentativa.

Dico primo: quando forma aquae & forma ignis simul existunt in eadem materia, utraque supernaturaliter existit quoad modum. Ratio est, quia utraque aequaliter sibi quoad subjectum illud repugnat, & tam forma ignis quamdiu est in illo subjecto, prestat ut ibi non sit forma aquae, quam haec petit ut ibi non sit forma ignis. Conf. primo, repugnantia haec nihil aliud est, quam ipsa harum formarum entitas cum unione: Deus ergo, licet efficiat, ut stante priore forma, nova inducatur, cum tamen nihil de huius vel illius formae entitate demat, nihil etiam demit de earum inter se antipathia, & repugnantia.

**III.**  
Utraque forma simul existens, supernaturaliter quoad modum.

Conf.



SECTIO VII.

Reliqua ad forma substantialis notitiam spectantibus.

Conf. secundò, quando in materiam informatam formà aquæ inducitur forma ignis, sicut forma aquæ miraculosè conservatur, ita forma ignis miraculosè inducitur, alioqui si Deus statuisset per horam vel diem in materiâ aliquâ miraculosè conservare formam aquæ aut ligni, posset ignis ligno illi applicatus, intra diem illum vel horam formam ignis naturaliter in illud inducere, quod, opinor, nemo dicet: sicut certum est, si Deus statuisset Petrum immotum certo loco miraculosè figere & conservare, non posse Paulum, aut aliud corpus cum eo naturaliter penetrari.

IV. Dico secundò: materia in eo casu nec unam formam, nec alteram in genere causæ materialis sustentat naturaliter quoad modum. Ratio est clara, pari enim semper passu procedunt mediâ & finis, sicut ergo ubi finis est simpliciter impossibilis, mediâ implicat simpliciter, ita ubi finis est impossibilis, vel supernaturalis quoad modum, mediâ nulla sunt in naturâ quæ eum sine concursu aliquo, saltem quoad modum supernaturali efficiant. Cum ergo, si Deus formam aliquam in subiecto per certum tempus conservare statuisset, nulla causa efficiens possit aliam ullam formam substantialem in materiam illam intra illud tempus naturaliter inducere, ita nec præstare illud poterit causa materialis.

V. Dices; in instante immediatè præcedente inductionem formæ aquæ habebat materia virtutem ad influendum materialiter in formam ignis, actione etiam quoad modum naturali, sed per introductionem formæ aquæ nihil de illius virtute diminuitur, ergo etiamnum poterit eam sustentare, & naturaliter eodem modo influere, quo antea. Resp. distinguendo minorem, nihil de illius virtute minuitur, aliquid ab eo physicè tollendo, concedo minorem; nihil de illius virtute minuitur ponendo impedimentum, nego: ipso facto enim quod forma alia illic ponatur, destrui naturaliter debet forma prior; si autem forma quæ est finis & terminus actionis seu influxus materiæ permanere nequit in materia naturaliter, influxus ipse seu actio, quæ est via ad terminum, non potest naturaliter persistere, cum à termino dependeat.

VI. Secundò resp. distinguendo majorem, in instante illo habebat materia virtutem influendi in formam ignis pro tempore quo non informatur aliâ formâ, concedo majorem; pro tempore quo alia forma existeret in materiâ, nego. Unde inductâ aliâ formâ, nihil virtus materiæ imminuitur, numquam enim habuit virtutem sustentandi, seu materialiter influendi in formam aquæ pro eo instante quo induceretur forma ignis.

VII. Hinc infero, esto gratia & peccatum inter se non pugnent essentialiter, seu quasi contradictoriè, sed tantum contrariè, sicut calor & frigus in summo (quod alterius est loci) non tamen posse Deum peccatum simul cum gratiâ in eadem animâ conservare: licet enim ad peccatum in iis circumstantiis conservandum non sit opus fortiore concursu; necessarius tamen est concursus indebitus & miraculosus quoad modum, Deus autem peculiari ejusmodi concursu ad peccatum concurrere non potest: non minus enim hoc Deum dedecet, quàm, si fortiorè ad ejus conservationem actione influeret, cum effectus sit idem, nempe peccatum contra naturalem ejus, aliarumque rerum exigentiam in animâ conservatum.

Quæres, num omnes formæ educantur ex potentiâ materiæ, an aliquæ creentur? Ad quod dico, omnes formas, præter animam rationalem, verè generari, & educi ex potentiâ materiæ. Ratio est primò, quia alioqui permanere separatæ possent à materiâ, sicut anima rationalis, quæ enim in productione non pendent à materiâ, sed creantur, nec ab eâ pendent in conservatione, sicque animæ brutorum erunt immortales, cum idè rectè inferatur animam rationalem esse immortalem, quia est independens à materiâ tanquam à subiecto. Secundò probatur, nam formæ materiales nullam habent actionem à materiâ seu subiecto independentem, sicut habet anima rationalis, quæ licet pro hoc statu, in actibus, etiam intellectus, pendeat à sensibus, saltem quoad operandi modum, separata tamen habet aliquas operationes omnino independentes à materiâ, forma autem materialis nullas, sed omnes ab eâ dependentes, ergo & formæ ipsæ dependent à materiâ, cum modus operandi sequatur modum essendi.

Difficultas est de formis cælorum, sed cum sint materiales, non est cur non etiam dicamus eas educi è potentiâ materiæ cæli, quidni enim æquè contineantur in potentiâ materiæ cælestis, atque formæ sublunares in materiæ sublunaris? ergo & connaturaliter educi petunt ex illius potentiâ.

Dices cum P. Suar. (qui d. 15. Met. f. 2. n. 17. est in oppositâ sententiâ) cælum in Scripturâ, dici creari, ergo hoc verificari debet de toto: formæ etiam cælestes dicuntur passim concreari. Contrâ, nam & terra dicitur in Scripturâ creari, & Deus creasse dicitur cete grandia, item creasse animam viventem, quam produxerant aquæ, & tamen aquæ non creantur. Lato igitur solum modo illic dicitur cælum creari, eo scilicet sensu, quo quidquid est extra Deum, dicitur esse creatura, & creari idem ibi sonat, ac produci; formæ autem cæli idè dicuntur concreari, quia simul cum materiâ creatâ producuntur.

Dices secundò; non præcessit illas formas materia, ergo non possunt pendere ab illâ tanquam à priori. Distinguo consequens, non possunt pendere ab illâ tanquam à priori duratione, concedo; naturâ, nego. Sic enim sol primo instante quo fuit, produxit lucem, & Angelus actum intellectus, & tamen nec intellectionem hic creavit, nec ille lucem. Si autem quis propterea dicat fuisse creatum totum seu utramque partem, quod simul cum materiâ sit producta, & infusa forma, licet verè educatur seu generetur, quæstio erit de nomine, quod enim nos vocamus generationem quia educitur forma ex potentiâ materiæ, vocat ipse creationem, quia licet verè siteductio, adhuc non præcessit materia tempore. Non enim obstat creationi quod forma producatur in materiâ, nam anima rationalis semper producitur in corpore, & illi unitur. Solum ergo obstat creationi, quod forma educatur ex potentiâ materiæ, seu producatur cum dependentiâ ab illâ, tanquam à subiecto in eam influente.

Unde ulterius infero, falsam esse illam quorundam opinionem; quo omnes formas dicebant secundum aliquid sui, quoad inchoationem scilicet quantum, seu particulas aut portiunculas sui, ut vocant, in materiâ præextitisse, nam alioqui, inquit, creantur

I. Omnes forma præter animam rationalem educuntur è potentiâ materiæ.

II. Idem assertum de formis cælorum.

III. Nec obstat, quod calum dicatur creari.

IV. Ad generationem non requiritur nisi subiectum præcedat temporè.

V.

V. Forma quoad nihil sui præextiterunt in materia.

Materia animæ novam ex illa formâ sustentat naturaliter.

Ob novum impedimentum materia jam non potest naturaliter conservare priorem formam.

Materia nunquam habebat vim sustentandi illam formam in presentia alterius.

Gratia & peccatum flare simul iniquum divinitus.



rentur, cum fierent ex nihilo sui. Sed contra est primo, nam pars illa formæ, quam inchoationem appellant, particulam, & portiunculam, distinguitur ab aliâ parte quæ jam producitur, ergo non minus creabitur pars hæc quæ modò producitur, cum non præextiterit in materiâ secundum aliquid sui. Vel saltem dici debet formam illam generari partim, partim creari, cum inchoatio illa istius formæ, seu particula, aut portiuncula præcedens unâ creetur cum materiâ, reliquæ verò partes educantur. Deinde sicut hæc particula possunt educi ex potentiâ materiæ, licet nihil illarum præcesserit in eadem, ita & aliæ partes educi poterunt ex eadem materiâ, licet secundum nihil sui in eâ præexistant.

VI.  
Si forma  
præexistant  
in materiâ,  
sunt infinita  
simul in  
quavis pa-  
te materiæ.

Tandem hinc sequeretur, infinitas formas esse actu in eadem parte materiæ, imò & eandem numero formam esse actu in omnibus partibus materiæ, quantumcunque loco distitis, cum nulla sit pars materiæ, ex quâ educi non possit quælibet forma. Quod idem etiam est de omnibus accidentibus, quæ non creantur. Præterea materia esset in multis speciebus completis antequam produceretur forma, & sola materia esset integrum compositum. Sufficit ergo ut generetur seu educatur forma, non creetur, quod materia tanquam subjectum concurrat ad illius productionem, in genere causæ materialis. Et hoc modo intelligendum illud, quo nihil frequentius apud antiquos, ex nihilo nihil fit, volunt nimirum, natura-

liter fieri nihil posse sine concursu alicujus subjecti, non tamen requiritur ut aliquid illius formaliter præexistat, vel in subjecto, vel extra illud, sic enim nec materia, nec anima rationalis, nec Angelus crearetur.

Compositum est perfectius solâ formâ, cum superaddat materiam, & unionem. Licet autem Deus & creatura non faciant quid perfectius intensivè, quàm Deus solus, non tamen sequitur, materiam & formam non esse quid simpliciter perfectius solâ formâ: idem enim Deus & creatura non faciunt aliquid intensivè & simpliciter perfectius solo Deo, quia Deus eminentissimo modo continet perfectiones creaturarum, seclusis imperfectionibus; forma autem sola non continet perfectionem materiæ: unde ex formâ & materiâ fit aliquid simpliciter perfectius quàm sit sola forma. Potest etiam forma materialis conservari divinitus extra materiam, vel in materiâ, ita ut materia ad illam non concurrat per influxum materialem, suppleat scilicet Deo in genere causæ efficientis concursum subjecti, sed forma illa in hoc casu crearetur, sicque eodem concursu non potest conservari ac quando educitur ex potentiâ materiæ.

VII.  
Compositum  
est perfectius  
solâ Formâ

Potest forma  
materialis  
conservari  
divinitus  
extra mate-  
riam.

De Privatione, tertio corporis naturalis principio dictum est in Logicâ, totâ d. 18. ubi Negationum & Privationum naturam latè discussi.

VIII.

## DISPUTATIO XII.

### De turbe Formæ accidentales.

#### SECTIO PRIMA.

##### Recentioris cujusdam de Accidentibus opinio.

I. **D**Um in Physicis hisce disputationibus versarer, in libellos quosdam incidi; ubi quædam tam mira, tamque à verâ Philosophiâ aliena animadverti, ut mihi auctor visus sit novitatis studiosior fuisse, quàm veritatis. Illud verò imprimis displicuit, quod accidentia omnia Physica, & realia ex universo tollere niteretur, quod in homine præsertim Catholico (talem enim se hic auctor ubique profiteretur) audax mihi visum facinus, utpote cum principiis fidei aperte pugnant, cujus proinde confutationem hac disputatione suscepi.

II. Unum verò accidit incommodè, quòd is, quicum præsens mihi hic disceptatio, scholastico more non scribat, nec eâ claritate, ac methodo, quâ in academiis tradi Philosophia solet: unde fit, ut in quibusdam difficile sit mentem ejus eruere, & quid tandem velit, certò pronuntiare.

III. Accedit, quod non satis constanter sua proferat: frequenter enim ubi pronuntiatum aliquod posuit, id ipsum postea, si-

III.  
Modus scri-  
bendi hujus  
auctoris.

bi veluti, suæque doctrinæ diffidens, paulatim revocat, quodque totum simul asseruit, totum quasi per partes negat, non aperte, sed aliis & aliis illud verborum involucris obtegens, ut lectori tenebras veluti offundat, sibi que latebras reservet, quò confugiat, si quis insequatur: ita nimirum, ut & affirmare possit se illud asseruisse, si sciitum suum aliis placere intelligat, vel negare, si viderit displicere.

Sed ut ad rem accedamus, cum in scripto quodam accidentia realia negasse videretur, vir quidam doctus & pius amicè ipsum monuit, videret quo pacto hæc doctrina cum Ecclesiæ circa species Sacramentales definitionibus consisteret. Respondet se objectionem hanc perfacile eludere posse, dicendo se accidentia realia numquam negasse. En latebras: ita enim scripserat, ut vir ille, aliique, qui librum ejus perlegerant, negasse eum accidentia, absque ullâ dubitatione judicarent, ita tamen id callidè præstiterat, nunc scilicet asserendo, nunc negando, ut si quis ipsi hoc (quod verebatur) objiceret, in promptu haberet, quò confugeret, negaret nimirum realia se nunquam accidentia rejecisse.

In secundo tamen hoc ejus libello Amstelodami anno 1642. edito, qui occasione admonitionis illius ex parte prodit (ubi directè objectioni circa species Eucharisticas

IV.

V.

Scriptum  
secundum  
editum Am-  
stelodami  
1642.